

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 12

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

De mortuo inferendo, et sepulchra
aediando

Hic titulus duplex habet membrum, unum est, quo impeditur inferre mortuum in locum, quo jus sepeliendi habet, actione in factum pro suo consequendo interesse, vel interdico prohibitorio contra impediendum ubi potest, *vid. C. 1. ff. h.* * Alterum est consistit in refectione, vel etiam aedificatione monumenti in loco, ubi quis jus humandi habet: hinc si alicuius propterea impedimentum moveretur, similiter interdico prohibitorio adversus p. impediendum ubi potest. * Hic incidenter nota mulierem gravidam mortuam non esse sepeliendam, nisi prius partu exfecta fuerit *C. 2. ff. h.* quia contra partu adhuc vivere potest.

Liber 12

Lib. 12.

Titulus 1

De rebus creditis si certum petatur et de conditione.

Q. d. quid significet creditum? R. generaliter omne, quod fide habita alteri debetur, in h. autem significat mutuum *C. 2. ff. h.*

Q. 2. quid sit mutuum? R. est datio rei pondere, numero, vel mensura constantis eo animo facta, ut statim fiat accipientis cum obligatione, ut alia ejusdem speciei et solutatis postea reddatur.

Dicitur si datio, seu traditio rei, quia contractus iste ^{re} perficitur, et consequenter est realis.

reddere, ubi tempus proficuum adfuerit,
potest tamen etiam tempus praeveneri, si
voluerit, et tenetur ea iustitia mutuum
recipere mutuum, nam semper licitum
est debitori se debito suo exonerare.

2^{do} tenetur de omni casu fortuito, cum
statim acquirit rei dominium. 3^{to} tenetur
restitutione facere eo loco, unde mutua-
tor grave damnum & non patitur non
tamen certo loco, nisi de eo conventum sit.

Q. 5. An et omnes ex mutuo obligari possunt.

R. omnes, qui contrahere possunt. Excipiuntur
tamen i. filii familiae, ex Sc^{to} Macedoniano, de
quo alibi. 2^{do} Ecclesia, qua ex mutuo ab ad-
ministratores accepto ably consensu capitali,
non obligatur, nisi probetur versum esse in Ec-
clesia utilitatem Auth. hoc in C. de sacros.
Ecles. Hoc Ecclesia privilegio gaudet, Civitas, l. 13
arg. l. 13 ff. de just. aut.

Q. 6. An pupilli et similes mutuum accipere
possunt? R. Non prohibentur accipere: in-
terim pupilli, prodigi, ut et furiosi, nullo modo
obligantur, nisi quia locupletiores fuerint faci-
ti l. 3. ff. commod. l. 5. de R. J. Minores vero
obligantur quidem l. 1. ff. de Minor. sed laesi
restituuntur eade l.

Q. 7. Quid iuris in mutuo virtuali.

Q. 7. Vtrum ad constituendum mutuum semper
requiratur vera traditio? R. neg. sed sufficit
etiam aliquando ficta seu brevi manu facta,
et tunc vocatur mutuum virtuale, vel brevi
manu celebratum. v. g. si ego dedissem mu-
tuum roganti, aliqua specie, ut illa vendat, et
pecunias retineat, in vim mutui, re vendita tertio

et pecunia ab eo emptore accepta inter
me et rogantem esset mutuum virtuale seu
breui manu celebratum. Antequam autem res
vendita et pecunia soluta sit, non est mutuum
sed contractus innominatus, ex quo non alia actio
^{mihi} ~~mihi~~ prescriptis verbis nasceretur. l. 19. ff. de presc.
verb.

Q. 8. Quid juris si tibi res alteri ad celebrandum
mutuum virtuale vendenda data sine omni cul-
pa accipientis prius quam venderetur perditam
vel destructam fuisset, utrum tradenti vel acci-
penti periret. R. Vel ipse tradens, antea ta-
men rem iam venale habuit, vel non. si prius,
periculum erit dentis, seu tradentis; si poste-
rius, periculum erit ipsius accipientis, ^{arg.} l. roganti
ff. h.

Q. 9. An sit mutuum breui manu, si ego tibi
tibi mutuum petenti curavi curavi, ut meus de-
bitor numeros numeret, quos mihi debet. R.
Affirm. si ex postfacto hoc fiat, nam idem
est, ac si prius meus debitor mihi solvisset
et ego deinde tibi dedissem. l. 34. ff. mandat.

Q. 9. An sit mutuum breui manu constitutum
si debitori meo petenti permisi pecuniam quam
mihi ex alia causa v. g. locationis @ debebat,
sibi retineat mutui nomine. R. Affirm. ex senten-
tia communium Ulpiani l. 15. ff. ff. h.

Dicitur Africanus l. 37. 34. ff. mandat. id diserte
negat. R. Africanus procedit de rigore juris.
Ulpianus vero de aequitate, ac proinde in priori
preferendus.

Q. 10. An mutuum longa manu celebrari possit.
R. Affirm. ut v. g. si mutuaris pecunias ex manda-
to mutuarii in aliquo loco poneret, et discederet.
Iam mutuum longa manu celebratum fuisse dici pos-
set.

Q. 12: Quid juris in illis qui alienos nummos crediderunt. Q. Si alienos nummos alieni quis mutuo dederit, non constituitur mutuum, ~~per~~ siquidem ad hoc constituendum, requiritur ut mutuum sit rei mutui data. Doming, l. 2. §. 1. ff. l. Interim tamen negari nequit, quin tale mutuum ab initio non consistens, postea reconvalescere possit; ut si tales nummi alieni civiliter consumantur, quod fit vel per expositionem, vel per commixtionem cum propriis nummis ejusdem qualitatis, tunc enim tale mutuum in sua fortiter, ita est sibi mutuanti conditio certi ex mutuo quaratur. l. 13. ff. l. 2. si quis a non domino pecuniam frumentum, vinum & in mutuum acceptum triennio asperaret, et sic usucaperet, tunc haud dubie etiam in contractum mutui transiret. Haecenus de primo hujus tituli membro. nunc breviter de 2. do ~~et~~ dicendum. ~~Itaq~~ puta si certum quod petatur seu de conditione certi. Itaq

Q. 13: Qua est actio ex rebus creditis? R. personalis, qua dicitur conditio §. 15. just. de act. competens ex omni obligatione, quovis modo contracta, et est vel certi l. 9. ff. qua rem vel summam certam petit petimus, vel incerti, qua res incertam, ubi fit, cum rem generaliter promissa exigimus. l. 75 ff. de verb. oblig.

Q. 14: Qua sit actio ex mutuo? R. Conditio certi, qua actor petit, reum condemnari, ut tantum solvat, quantum mutuo accepit, cum damnis et eo, quod interest. Ceterum consuli possunt ea qua dicuntur in Colleg. ad jus can. praesertim praesertim l. 3. §. 23. de solutionibus. Item in inst. §. de literar. oblig.

Tit. 2
De jurejurando

Hic titulus satis fuse tractatur l. 2. §. 24. Decret. videantur collegia nostra in h. l.

De in litem jurando

Proponitur in hoc titulo quaedam juramenti species, quod in litem vocamus, et solet actori a iudice deferri, quo actor rem petitam aestimat. sed per hoc lis principalis non deciditur, sed solum aestimatur res, de qua lis est. In exemplo Cajus debet mihi equum in specie, qui perit ipso existente in mora et dolo restituendus; tunc quia difficile est probare rei valorem, mihi juramentum in litem deferretur de vera huius equi aestimatione l. 9 §. 24 ff. h. h. his promissis

Q. 1. Quotuplex sit hoc iuramentum? R. duplex. aliud enim est affectionis, et aliud veritatis, haec enim iuramenti species procedit non ad probandam tantum veram rei aestimationem quantum res. Scilicet communiter valet, sed etiam secundum affectionem ipsius agentis.

7 qua scilicet in litem iuratur

7 actione

Q. 2. Quando iuramentum hoc de affectione locum habere potest? R. quando agitur bona fidei, ut in commodato, deposito, locato & affinitate vel fuerit versatus in dolo l. 9 ff. h. h.

Q. 3. imo ut Bayez hic n. 18. dicit obtinet hoc iuramentum in omnibus actionibus realibus et personalibus, ubi res aliqua in specie restituenda si tamen reus in dolo versatus fuerit vel lata culpa versatus fuerit.

2.3. Qualiter affectio huc attendatur? R. non attenditur, nisi fundamentum habeat in re ejusq. peculiari utilitate. nempe si res similis haberi non possit vel usui specialiter ita sit accommodata, ut usus iste ab aliis similibus rebus non possit expectari; Non itaq. attenditur affectio extra rem posita v.g. quod res proveniat a persona, quam impense amamus.

2.4. Quid si affectio nimium extendatur? R. iudex eam moderabitur, et terabit, post hanc deinde moderationem actorem jurare jubebit, quod rem non minus aestimet.

2.5. Cur hic et affectio habetur ratio? R. propter dolum et contumaciam non restituentis; est enim permittitur permittendu aestimare in re nostra affectio, arg. l. 25. §. 1. ff. de solut. matr.

2.6. Quid juris: si res meam militari res eripi possit? R. Libam est iudici, an ea extorquere, an juramentum decernere velit. si vero dolo desit possidere juramentu necessario exigendu. l. ult. h.

2.7. Cui deferatur hoc juramentu. R. actori qui dominus est actionis, licet non sit dominus rei in litem deductae, Tutor tamen et curator ad illud s. sicut nec ad quodvis aliud juramentu: / prestandu cogi non possunt, l. 4. in fine h. l. Sponte tamen prestaturi admittuntur, eo quod habeantur loci Domini actionis, l. 27. de admittend. admin. Tutel. Tut. At procurator cu n sit Domi-

Lib. 12.

ius actionis, hoc iuramentum non prestat.

Q. 8. ~~Qua~~ In quibus causis iuramentum
veritatis prestatur? R. in omnibus actionibus
cum

Q. 8. Quando iuramentum veritatis prestatur?

R. quoties ^{nee} culpa lata, quae nec contumacia seu
doli in restituendo subest, vel res non est ab
ac probari opus ultimatis requirit; vnde vo-
catur iuramentum necessitatis. Datur itaq; ob
culpam leuem, et contra heredes; sed tamen hic
ultra commune rei pretium jurare fas n'est.

Tit. 4.

De conditione causa data, causa
non secuta.

Q. 1.

In hoc et seqq. titulis, variae conditionum
species recensentur. Itaq;

Q. 1. Quae est conditio causa data causa non
secuta? R. est actio in personam, quae ^{quod} ob
causam honestam datum est, causa ea non se-
cuta repetitur. l. 1. et 5. ff. h.

Q. 2. Quomodo haec conditio distinguitur
ab actione praescriptis verbis? R. Haec
illa repetimus, quod datum est; actione
vero praescriptis verbis agimus ad implenda
promissa. l. 1. ff. de praes. verb.

Q. 2. Quomodo hic fitur datum? R. pau-
lo latius, ut scilicet non tantum intelligatur,
quod realiter est datum, sed etiam quod
acceptilatum est. l. 10 ff. h.

Q. 3. Quid est hic causa? R. per causa

hic intelligimus finem seu causa-finalen, ob Lib. 12.
quam aliquid datum est v.g. do tibi dotem 41
ob nuptias, nuptia sunt finis hujus dationis,
quibus non secuti, repetitur hac actione repe-
to dotem.

Q. 2. Quid si finis impossibilis adiectus
sit? R. cessat ~~cond~~ conditio l. 8.

C. h. si scilicet natura sit impossibilis, vel
alias turpis, quod si vero solum legi dispo-
sitis obstat, ut si militi quid sit datum
ad procuranda litem, datur repetitio l. 5.
C. h.

Q. 3. Quid si causa non sit secuta ob
culpam debitoris, et non ob dolum? R.
sive causa non sit secuta ob dolum, sive
ob culpam, sive sine ea, potest semper
fieri repetitio, modo re integra dantem
poeniteat l. 3. l. 5. ff. h.

Q. 4. Quid si ob casum fortuitum causa,
pro qua pecunia data est, non fuerit se-
cuta? R. autem causa consistit in alie-
natione, vel amissione rei illius, qui ob cau-
sam accepit, ut si Titius centum accepe-
rit, ut servum suum manumitteret, et
tunc casus

R. vel pecunia

Q. 5. Qui si causa non sit secuta ob casum
fortuitum? R. etiam condictioni asseverum, ut
patet ex l. fin. ff. h. ubi dicitur: quod si ti-
bi pecunias dedissem, ut mihi Stichum dares,
mortuo postmodum Sticho, id repetere possim
quod tibi antea ob Stychia praestationem de-
deram.

Dices. l. 5. §. 1. ff. de praescript. verb. dicitur:

Quod si Scythos dedissem, ut mihi Stychem dares, periculo meo Stycheus erit, i.e. mihi peribit; ergo C.

R. N. Cors. quia allegatus Sextus est intelligendus, quod Stycheus in tantum sit meo periculo, ut tunc non amplius alterum convenire possim praescriptis verbis, ut servum restituat, sicut ob non factam restitutionem mihi interesse solvat, quod alioquin exigit actio praescriptis verbis.

Urgabis: l. per. C. h. dicitur: pecuniam a te datam, si hoc causa, pro qua data est, non culpa accipientis, sed fortuito casu non est secuta, minime repeti posse certum est. ergo.

R. ex Struvio hic thaf. si hunc Sextum tangere aliquem specialem casum, quo datus in lucrum ex repetitione dati consequeretur, et accipiens damnum patretur. Videndum est hic n. 13. aliter respondit, et dicit, in hoc casu speciali repetitio denegari quia praecedens mea conventio quodammodo causa fuit, huius casus fortuiti.

Q. 4. Num sola res hac actione personali repetatur? R. non sola res, sed etiam fructus et alia accessiones l. 5. C. de oblig. et act.

Tit 5.

De conditione ob turpem vel injustam causam.

Q. 1. Qua est conditio ob turpem vel injustam causam? R. ea est, qua repetimus, quod datum est ob turpem, et illegitimam causam.

Q. 2. num turpis et injusta causa hic differant? R. licet alias dicatur turpe, quod honestatis regulis, vel bonis moribus, a legibus prohibitis adversatur; injustum autem, ubi quod quod ex nullo titulo, consequor; at tamen hic tur-

pis et injusta causa non differunt ut contra
alios Jores Beperus h. n. 7.

L. 3. Semper ne repetatur, quod ob turpem
causa datum est. R. aut est turpitu-
do dantis, aut accipientis, aut utriusq. Si
dantis, ~~cessat repetitio~~ cessat repetitio L. 4. ff. h.
Si solius accipientis repeti potest, eo quod rem
ex sua turpitudine vel injustitia lucra sperare
vel percipere debet, L. 1. ff. h.; hinc si quis
accipiat à me pecunia, ne me diffamet, vel occidat,
adversus ipsum conditionem pro restitutione compe-
tit mihi. Quod si turpitudine sit utriusq. rursus
cessat repetitio, d. l. 4. ff. h. sed ne accipiens
lucrum ex suo delicto sentiat, fiscus sibi vin-
dicat. datum L. 9. ff. de jure fisci.

L. 4. Si meretrici quid sit promissum
vel datum quid juris? R. A. promissum
ut servetur pati nequit, L. 7. ff. de verb. oblig.
Si datum sit comissa fornicatione, datum quoque
repeti nequit, non poterit, quia meretrix acci-
pit ob quandam compensationem; si ante forni-
cationem, videtur utriusq. turpitudine versari,
et ideo ad fiscum lucrum pertinet, verum
jctus permittit, ut meretrix retineat, dum L.
4. §. 3. ff. h. ita ait, quod mulier turpiter
facit, quod sit meretrix, sed n. turpiter
accipiat, cum sit meretrix. ~~Sed in ista~~
hanc jcti sententia videtur importare, quamquam
communiter recepta est. Hanc sententiam
ut ut communiter recepta non sine fundamento
improbat Widmond. h. n. 27.

Titulus 6.

De conditione indebiti.

L. 1. Quid hac conditione repetatur? R.
indebitum repetitur, quod tanquam debitum errore
solutum et vel remissum est.

L. 2. Quam ad hanc actionem personale requiran-
tur? R. Duo, nempe solutio actualis, et ju-

7 Solventis
Lib. 12.

2. ignorantia siue error, h. e. quod indebitum soluerit, putans se ad ob solvendum obstrictum esse. l. 25. ff. de probat.

Q. 3. An etiam ex parte recipientis error requiratur? R. affirm., quia si scienter, solutione indebitam accipiat tunc non condicione suo indebiti, sed potius factiva locum habet l. 18. ff. de condut. fact. ubi: quonia factum fit, cum quis indebitos nummos scienter accepit.

Q. 4. ~~Quid sit~~ ^{Quid sit} indebitum? R. 1. quod nullo iure debetur. 2. quod iuris civilis rigore debetur, sed non iure naturali; ut si quis iniusta iudicis sententia condemnatus. 3. quod iure naturali debetur, scilicet iure civili, ut promissum a pupillo sine auctoritate tutoris, ite pacta nuda. 4. Quod debetur quiete sed sub conditione, vel ~~in diem~~ ^{in diem} ~~transactis~~ ^{transactis} l. 5. quod iure quiete debetur, sed non ei, cui solvit, vel non ab eo qui solvit suo nomine. l. 19. §. 1. ff. h.

Q. 5. Si quid iure naturali debetur, an id repeti possit, licet iure civili non debeat. R. neg. quia ius civile ad minuendas lites derogat actionem. exemplum habemus in filiofamilii qui mutuas pecunias solvit, cui scilicet Macedonianus pro repetitione non assistit.

Q. 6. Quando ergo conditio indebiti locum habeat? R. d. si sit indebitum naturaliter et civiliter simul, nempe si nulla publici obligatio. l. 8. C. h. 2. si sit civiliter debetum, licet indebitum ^{vero} naturaliter. Abb. ad c. fin. n. 14. de solut. Ratio est, quod solvens hic certet de damno vitando, accipiens vero de mero lucro captando, ideoque favorabiliores debeant esse partes solventis quam accipientis.

modo non transeat
in re iudicata

exemplu est, in eo, qui solvere compellitur ex suo
chirographo, quo se debitore constituit licet
a creditoribus nullas mutuas acceperit pecunias;
hinc enim

Excipitur tamen indebitum, quod^{ob} rem judicatum
solutum est, hoc enim habetur pro reinvocato
l. 209. ff. de r. l. f.

Q. 7. Quid juris, si quid debeatur sub die incerto
vel in diem promissum et ante ejus
adventum solutum sit? R. vel dies est in-
certo existit v. g. hoc die dabo tibi mille,
quo nuptias sis celebratur, et tunc cum
equiparatur conditioni incerte seu de existen-
tia sua dubia recte solutum condicitur^{arg.} l. 16
l. 78 ff. h. Vel dies est certo existit v.
g. cum moriar, et tunc ante ejus adventu-
res soluta repeti nequit l. 19. ff. l. ratio
est, quod talis dies sit certo eventus provin-
de non tam dubia, qua certa ponat obligatione,
cum indubitatum sit, debitorem esse moriturum,
l. 10 ff. h.

Q. 8. Quid si quis solverit, quod reuera de-
bebat, non vero illi, cui solvit? R. dabi-
tur condictio l. 65 §. fin. h. Unde si quis sol-
verit falso procuratori, Dominus non ratu ha-
bente, repetendum est l. 8. C. h. Idem dicendum
si quis suo, non debitoris, nomine solverit, l. 15.
ff. h. Secus si debitoris nomine solutio sit
facta.

Q. 9. An non *interfurium, i. e. usura petetur,
si fors ante diem vel conditionis existentiam
sit soluta? R. Neg. quia ubi principale
peti nequit, ibi nec accessorium, Widmond h.
est, 709. 709. n. 12. h. 9

* puta evolutio
a tempore solutionis
usq. ad diem existen-
tiam perceptum.

Q. 10. Datur ne hoc conditio hereditaria? R.
affirmo Cum sit rei persecutoria, datur et heredi-
bus et contra heredes, l. 12. ff. h.

